

lin. 58. est tamen pars corrige contra partem.

Col. 34. lin. 2. post Benedicti pone punctum. lin. 3. lege sine commate aliis prædictis lin. 5. & 6. Ot-tani, & quemdam Odilo corr. Otte, vel Ottane quondam Odili. ibi matre, & filii var. mater, & filio. lin. 8. debent se ex omni terra cor. debeat. Sed ex omni tempore. lin. 9. Ambo aliquando ter-ræ corr. Amodo aliquo tempore. lin. 16. quod li-bere corr. quodlibet. lin. 18. quasi cor. atque. lin. 22. latius var. legitur: delendum etiam comma post quidem lin. 27. latius var. legitur lin. 29. permaneat quasi var. permaneat, atque perfitat.

MLVI. Col. 34. n. 22. Extat Autographum in archivio Episcopali, cui hoc autumno hoc, quod ty-pis jam editum erat, contuli unde correctiones istæ in textum reponendas deprehendi.

Lin. 41. in . . . . . Castelletto l. quæ est sita intra Castelletto lin. 43. eorum subter l. eorum nomina subter lin. 50. Episcopi l. Episcopio lin. 51. quæ est l. & est lin. 55. ut infra l. in integrum lin. 58. hominibus l. omnibus lin. 64. ista investita l. infra-scripta investitura. Cum autem sæpe istæ ista occur-rant, interpretanda fere semper sunt pro infra-scriptis; quod semel annotasse sufficiat.

Col. 35. lin. 8. per se quoque l. per se quamque ibi suosque l. suos lin. 10. qui juris l. quæ juris. lin. 17. similique l. similiter lin. 18. Casaronia l. Casseronia lin. 22. alito l. alico lin. 30. & clarue-rit . . . . . promisi l. & tunc compromisi lin. 32. bonorum l. bonos lin. 33. supra . . . . . l. supra di-ctum est lin. 39. & 40. duo breves uno tinore scripti sunt l. due breve uno tinore rescripti sunt lin. 43. Henrici decimo l. Henrici Deo propitio decimo. Per transennam hic annotabo Monetæ no-men regioni in planitie versus Tertium positæ attri-butum, a Livio, aliisque Junoni adscribi. Refert enim Romanos præliantes quandoque ædem Junoni Monetæ pro victoria vovisse.

MLVII. Col. 35. n. 23. Postquam hoc typis edi-di decretum ex membrana Tabularii capituli, quam Guido II. Episcopus an. 13. . . . . 28. aprilis in ca-stro Bestagni probantibus Goslino de Goslinis de Be-stagno, Francischino Noello de Tertio, & Francisco de Olcana de Papia Notariis rite ex autographo ex-scribi fecerat, sicuti ex additamento in fine decreti appposito, atque hic edito colligitur, in congerie char-tarum præteritis majoribus feriis æme in hoc monaste-rio detecta tria alia exemplaria reperta sunt: unum s. XII., cui perperam a tergo inscriptum originale; alterum anni 1243., tertium a. MDX. Cum maxime cuperem autographum invenire, Abbatissam urgebam, ut at-tente singula monasterii cellaria, scrinia, angulos scrutaretur, num adhuc charta aliqua delitesceret, quæ cum blattis, tineisque confligaretur. Juvit votis fortuna. Nam post aliquot dies amplam hædinam char-tam detulit situ, ac squallore obsitam, in vacuo, ac antiquo armario inconcinne olim repositam. Quam vix con-spexi, cum statim deprehendi illud esse, quod ma-ximopere optabam, s. Guidonis autographum. Hujus autem quanti stet pretium vix dicere fas est. Neque enim alicujus Notarii factus est, uti sunt omnia pene hujus generis diplomata, sed ab ipsomet Sanctissimo Episcopo fuit & compositum, & integre conscriptum,

uti & superius ab eodem Antistite monasterio s. Pe-tri concessum.

Sed quod rem plane demonstrat, est ipsamet scrip-tura, quæ eadem plane, ac simillima est cum nomine ipso Vidonis, quod manu propria Episcopi scriptum nemo inficiabitur, ac diversissima a cæteris subscrip-torum nominibus est.

Quid plura? ipsemet in subscriptione testatur de-cretum hoc a se ipso factum esse, quod vix aliam obtinet interpretationem, quam si dixisset & a se compositum, & scriptum manu propria fuisse. Reliquis aliis itaque exemplaribus dimissis hoc summo studio perlegi, ac singulas cum jam edito differentias reli-giose notavi. Sunt autem sequentes.

Col. 35. lin. 55. Dei Salvatoris legitur Dei, & Salvatoris lin. 56. Guido l. Wido lin. 57. Sancto-rum l. priscorum lin. 58. subsequentes l. sequentes lin. 59. divine memoriam assidue l. divine, assidue.

Col. 36. lin. 5. quam futuris, seu absentibus l. quam absentibus lin. 8. immerito l. immeritus lin. 17. Henrici l. Heinrichi lin. 20. fidelissime l. fidis-sime lin. 21. illi l. illic lin. 25. opus sit l. opus nobis sit lin. 27. summum patris l. summi patris lin. 28. Dominum non l. Dominum nostrum, non lin. 34. secundum l. sanctum lin. 37. devastationi-bus l. devastantibus lin. 42. ordo verborum turbatus. lege præsentium, ac futurorum cetui venerabilis-simo lin. 45. sextari l. sextaria lin. 46. tria l. tres lin. 49. lusingolus l. luffiniolus, item de molis l. ad moliam lin. 55. melagio l. mellagio; item ibi quod l. in masculino genere, qui est laboratus, & ita in duobus aliis sequioribus locis lin. 56. caligo-nia l. caligonina lin. 63. post ultra adde Burmiam

Col. 37. lin. 3. atque l. & que lin. 17. propte-rea l. & præterea lin. 35. scripsi l. subscripsi lin. 37. Azzo l. Atto; item adde subscripsi ad singula testium nomina, quod in membrana per siglam indi-catur. A tergo legitur hæc inscriptio caractere syn-chrona: fecit Dominus Wido Aquensis Episcopus Monasterio s. Mariæ. Antequam ad sequens docu-mentum gradum faciam, operæ pretium puto animad-vertere in hoc, sicuti in præcedenti ejusdem s. Wi-donis anno MXLI. deesse mensem, & diem; differre tamen utrumque, quod in primo Henrici epocha inse-ritur, quæ in hoc prætermittitur. Qua autem hoc fa-ctum sit ex causa, ex ejus temporis historia conijci posse videor, scilicet hoc indicio esse religiosissimum Antistitem factiosi Regis, ac Ecclesiæ hostis consilia aversum noluisse in pia, ac religiosa donatione dam-nati Regis invidiosum nomen apponere.

MLXXI. Col. 38. n. 25. A multis jamdiu exagi-tatum documentum iterum profero. Agitur de Aut-berto Marchione Saonæ Domino. Muratorius p. I. p. 261. ex sola nominis similitudine cum Orberto M. Esten-sium Principi in familiam Estensium inserendum illum putabat. Sed perperam. Quid Johannes Brichierius Columbus? Censuit Guichenonem, qui primus illud edidit, in nomine Marchionis errasse, & non Aut-pertum, sed Anselmum in Autographo legi oportere. En ejus verba in manu ductione ad Tabulas Carrec-tenses pag. 24. editas Vindobonæ 1741. in fol. par-vo. Sed quis ergo fuit Autbertus ille Marchio, cui quorundam regalium causa convenit cum Saonen-